

tenis armis/atq; ubere glebe Enotrii coluere uiri:sed fama minores. Italiam dixisse
ducis/de noīe gentē. Sane sciendū est tres fuisse Enotrios. Postrem⁹ fuit post Italū
iste Grecus Archas/qui ut oēs Geographi cū Myrsilo cōsentiuū:tenuit portiuncu-
lam Apulię circa mare:& ibi erāt qui dicebant' ante eū Ausones:ut etiā Dionisius
cōsentit in primo li. Et dicit' Enotria Greca. Et de hac nō credo intelligat Virgili⁹:
quia sub aduentū Eneę nō sibi pmissa est illa pars quę erat antiquit⁹ potens impio
& armis. Fuit alius Enotri⁹ rex Sabinor⁹/a quo tract⁹ Sabinę dictus est pprie Eno-
tria ante Italū:ut Varro scribit/& Serui⁹ repetit sup. vii. Eneidos. Nec de hac pót in-
telligi Virgili⁹/tū quia ad eā habendā uel eoꝝ auxiliū nō mittebat' Eneas: tū p̄ci-
pue quia nō erat antiquit⁹ potēs armis & impio cū a Iano & deinceps imperiū Ita-
lie atq; arma essent penes Thuscōs: ut i.+v.+ab urbe cōdita insinuat Liui⁹:& Fabius
pictor exprimit ī de origine urbis Romę. Tertia Enotria fuit ubi regnauit Hespe-
rus frater Atlantis Itali:ut Virgili⁹ insinuat. Regnauit aut̄ in urbe regia Vetulonia
& Latio:ut auctor est Fabius pictor. Et de hac intelligit Virgili⁹:quia Eneas ad La-
tiū habitandū mittebat':& ad Etruscor⁹ auxilia cōtra Turnū:ut idē Virgili⁹ in. vii.
viii.&.x. Eneidos exprimit: ubi & terrā antiquā/armis & impio potētissimā asserit
Quis aut̄ fuerit iste Enotri⁹ antiquissim⁹ ante oēs colens Etruriā & Latiū: respōdet
Cato de originib⁹ q̄ fuit Ianus. Et si opponat': quia in Etruria Iani tpe usq; ad Me-
zentiū nō fuit uinū/quippe qa Mezeti⁹ Etrurię Larthes auxiliū Rutulis cōtra La-
tinos tulit uini mercede/qđ tū in agro latino fuisset:ut auctor est. M. Varro:& Pli-
nius refert in. xiiii. lib. naturalis historię ca. xv. Igit' cum Enotria dicat' uinifera:&
Enotrius uinifer:et tpe Iani nō erat uinum in Etruria & Latio:negat hoc Cato di-
cens Ianum dictū Enotriū:quia prim⁹ inuenit uinū & far. Et tñ usq; ad Mezentiū
nō fuit uini usus ad poculentia & usum mensæ:sed ad sacra libamia. Vnde Fabius
pictor ait/principio Ianuū inuenisse uinū & far ad religionē & sacrificia magisq;
usum:& ob id sibi farrata & uinū in omni sacrificio p̄libari. Addit autē Berossus q;
ipse dictus est a Scythis/lingua eorū Ianus:quia primus in Armenia inuenit uinū.
Aramea enī & Hebreā lingua/ Iain uinū dicit' a quo Ianus uinifer deriuat'. Ergo
Aramee Ianus dicit':& Grece Enotrius:& latine uinifer: tam p̄ interpretationē no-
minis q̄ munere inuenti uini/siue ad usum cōmunē/siue ad sacrificia. Hactenus de
Enotrio:nunc de prima Grecor⁹ colonia. Myrsilus dicit Enotrii Archadis classem
primā fuisse. Berossus uero & Cato & Sempronii⁹ dicunt primā fuisse Lygurum ex
Actica:multis etatib⁹& seculis ante res Troianas. Dionisius uero in primo li.p̄ in-
uestiuā dicit Catonē & Semproniuū & alios simillima fabulis texere: quia nō defi-
niūt historiā. Sed dicimus ad hanc obiectionē Dionisiū:q; de antiquitatib⁹ magis
creditur antiquioribus se Catoni/ Sempronio & Beroſo ueracissimo/ q̄ sibi iuniori
& sepe in historia mendaci Greco: & ut ait Plinius in. iii. naturalis historię:pudet
rationē Italię mutuari a Grecis:ubi a latina dissentiuū historia. Nec opus erat Ca-
toni & Sempronio & aliis/definire Lygurū historiam:quia absolutas Italię origi-
nes scribūt. Sequit' Myrsilus:quę & Dionisius sequit'. Venit inquit Enotrius Ar-
chas:ubi erant qui tunc dicebantur Ausones. Ergo nomen Ausonię fuit ante Dar-
daniam conditam. Quod equidem concedit ueracissimus Berossus. Non ergo dicti